

QUESTIO III.

Probatur eadem veritas D. Thomae rationibus, ac aliis etiam magni ponderis.

SUMMARIUM.

- 13 Probatur primo, ex naturali inclinatione, qua res appetit suam conservationem.
- 14 Ex charitate qua quilibet tenetur se ipsum diligere.
- 15 Ex lege absolute pro aia non occides.
- 16 Secundum Scripturam hominis inclinatio dicitur ad malum secundum partem sensitivam, & n. 17.
- 18 Probatur secundo, ex gravi damno, & injuria qua fit Reipublica.
- 19 Respublica non potest dare licentiam ut quilibet se occidat, & n. 20.
- 21 Probatur tertio, quia solus Deus est Dominus vite.
- 22 Confirmatur, quia ille, qui occidit servum alienum injuriam facit Domino.
- 23 Etsi homo accipit Dominium omnium rerum tamen non in se ipsum.
- 24 Qui se alteri vendit, non dat illi dominium in vitam, & corpus suum sed tantum in suas actiones, & n. 25.

13. D. Thom.

Notram veram, ac certam resolutionem probat Divus Thom. 2. 2. quest. 64. art. 5. Quia naturaliter qualibet res seipsum amat, & ad hoc pertinet, quod qualibet res conservet se in esse, & corruptentibus resistit quantum potest & ideo, quod aliquis se ipsum occidat, est contra inclinationem naturalem, & contra charitatem, qua quilibet debet se ipsum diligere. Ex quibus sic formatur hæc ratio, quicumque agit contra inclinationem naturalem, & amorem, quem recta ratio dicitur, si est in re gravi, peccat mortaliter contra jus naturale, sed qui se occidit facit in re gravi contra inclinationem naturalem, & contra amorem, quem recta ratio dicitur, ergo peccat mortaliter. Minor probatur, quia unaquæque res natura duce, ac recta ratione dictante, propriam vitam amat, & illius contrariis resistit, quantum potest.

14.

Confirmatur. Primo, ex charitate debet quilibet diligere se ipsum plusquam proximum, Charitas bene ordinata incipit a se ipsa, & ideo regula diligendi proximum, ex se ipso est accipienda; dicitur enim, Diliges proximum sicut te ipsum; ergo si occidens proximum facit contra charitatem, ac illius præceptum, quod dicit, non occides, multo magis contra illam agit qui se ipsum occidit.

15.

Confirmatur secundo, quoniam lex absolute, & simpliciter prolata est, lex autem non occides; & non addit proximum tuum, sed lex quæ prohibet falsum testimonium, dicit falsum testimonium non dices adversus proximum tuum: & tamen in hoc præcepto etiam comprehenditur ille qui adversus se dicit falsum testimonium, ergo etiam a fortiori in illo præcepto non occides, non solum intelligitur ille qui occidit proximum, sed etiam qui se ipsum occi-

dit, & hac ratione D. August. lib. 1. de Civit. D. August. cap. 2. probat nostrum assertum.

Objicies contra rationem D. Thomae, De inclinatione naturali sic: hominis inclinatio non est ad bonum, sed ad malum. Genes. 8. n. 21. dicitur, Sensus enim, & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua, & Sapient. 12. n. 10. de peccatoribus agens ait, Nequam est natio eorum, & naturalis malitia ipsorum: ergo malitia naturalis est, ac proinde inclinatio ad malum, & non ad bonum naturalis est.

Respondetur ad locum Gen. Scripturam ibi non agere de inclinatione naturali hominis, quæ congenita est cum ipsa natura, sed de actibus partis sensitivæ, quæ frequenter tendunt in objecta sensibilia, ac delectabilia, & ideo aliquando contra rectam rationem, & inde dicitur prona esse ad malum Ad locum Sapient. respondetur cum D. Thom. q. 63. art. 4. ad 2. quod idem etiam tradunt Hugo, & alii expositores ad citandum locum; malitiam dici naturalem, non quia aliqua natura mala creata sit à Deo, ut dixerunt Manichæi, sed quia malitia peccatorum, nimis inveterata, & radicata est in aliquibus, ut in Pharaone, ut per consuetudinem quæ est altera natura, quasi in naturam versa sit, de quo videndus est D. August. lib. 2. de nuptiis, & concupiscent. cap. 8.

Probatur secundo, nostrum assertum ex D. Th. citato loco, nemini licet spoliare alium re sua, cum gravi damno, & injuria illius, sed qui se occidit spoliat rempublicam re sua, quia quilibet homo est Reipublicæ, ac pars illius & qualibet pars, id, quod est, est totius, ergo nemini licet sine gravi Reipublicæ injuria se ipsum occidere. Unde ait Aristot. 5. Ethic. c. ult. qui se occidit, facere injuriam civitati. Sic ait: Quapropter est instituta ignominia quadam adversus eum, qui sibi mortem conscivit, ut civitati injuriam facienti.

Argues contra hanc rationem ex injuria illata Reipublicæ; at si Reipublica det consentium, & licentiam, ut quis se occidat, tunc non fiet injuria Reipublicæ, & tamen occidens se peccabit; ergo ratio non stat. Confirmatur, quia si quis sit solitarius, nullique Reipubl. additus occidendo se, nulli Reipubl. facit injuriam & tamen peccabit ergo ratio illa non est bona.

Respondetur Quod quamvis Reipublica habeat potestatem ad occidendos malefactores, non tamen habet dominium in vita suorum subditorum qui bene, & honeste vivunt, & ideo pro libito non potest dare cuiquam licentiam ut se occidat: nam ipsius Reipublicæ est procurare bonum commune, & custodire vitam suorum civium hoc autem jus violat, qui se, vel alium occidit, & mutilat. Ad confirm. dicimus quod ille solitarius, ad aliam communitatem pertinet: nam alicujus terræ, ac patriæ filius est; & ideo ipse solus sit in mundo, & nulli Reipublicæ faciat injuriam, peccat tamen contra se, & contra Deum, ut est dictum; ad solum Deum pertinet occidere, & vivificare. Ratio autem D. Thomae procedit de rebus communiter, ac secundum præsentem statum.

Probatur tertio ratione ejusdem D. Thomae. Quia homo non est dominus vite suæ, sed solus Deus, qui occidere, & vivere facit, à quo illam homo dono accipit, ergo nequit homo de illa pro libito disponere, ac illam destruere

16.

Genes. 8.

Sap. 11.

17.

D. Thom.

D. August.

18.

D. Thom.

Aristot.

19.

20.

21.

D. Thom.

struere

struere: nam talis rei destructio proprius est actus Domini, sed cujus potestate est, qui valet de illa ad solum beneplacitum facere quidquid ei placuerit.

22.

Confirmatur. Ille, qui occidit servum alienum injuriam irrogat proprio domino, & qui alienum subditum punit, injuriam facit judici illius, cujus judicium usurpat; ergo cum solus Deus sit Dominus vite hominis, qui Dei servus est, ad solum Deum, Dominum, ac judicem de illius vita pertinet; juxta illud Deut. 32. n. 39. Ego occidam; & ego vivere faciam; ergo magnam injuriam Deo facit, qui se ipsum occidit. Hac eadem ratione utitur Socrates apud Platonem in Phædone; ut eandem conclusionem probet, ac confirmet. Dicens, quod scilicet Dominus irascitur servo, si se voluerit interire, sic & Deus nisi ipse jubeat.

Denter. 32.

Socrates.

23.

Psalm. 8.

D. Zeno.

24.

24.

Argues contra hanc rationem. Homo accipit à Deo dominium omnium rerum: Omnia subjecisti sub pedibus ejus. Psal. 8. ergo etiam respectu sui ipsius; & si dominus est, qui præest domui, & in illam habet imperium, sic & homo interiori domui suæ præest, & in illa habet dominium. D. Zeno sermo de duplici tentatione post medium sic ait: Recordare o homo, quis est, qui largitus est tibi teipsum: ergo homo habet dominium in se ipsum.

Respondetur; quod Deus homini dedit dominium omnium rerum, quæ sunt extra se, dominium autem vite hominis Deus sibi reservavit. Et ratio est, quia Deus non concedit aliquid contra jus nature; jus autem nature dedit homini inclinationem naturalem, ut se conservaret, ac proinde negavit potestatem ut de sua vita pro libito disponeret.

25.

25.

Instabis, & probo quod homo in seipsum habet dominium. Homo potest seipsum alteri vendere, ergo in seipsum non habet dominium qui in alterum transfert. Respondetur, qui se ipsum vendit, non alteri dominium sui dat, sed solum quoad aliquas operationes suas, quas proprie vendit: nam dominus, qui emit servum, non habet dominium in vitam, ac corpus servi ut possit illum occidere, aut membra, corporis mutilare, aut secare sed solum illius operationes potest in proprium usum, vel alienum convertere.

QUESTIO IV.

Satisfit argumentis ab exemplis, ac ab auctoritate petitis in questione prima,

SUMMARIUM.

- 26 Viri & femina in Scriptura se ipsos occidentes hoc fecerunt ex impulsu Dei.
- 27 Idem dicimus de Sansone, quem martyrem appellat D. Bacharius.
- 28 Idem dicimus de Eleazaro, Raziam, etsi à peccato aliqui excusant, D. August. D. Thomas condemnant. Ibid.
- 29 Femina Gentiles ob ignorantiam excusanda, Sancta Apollonia, Sancta Pelagia ex impulsu Spiritus Sancti.
- 30 D. Hieronymus bene agnovit præceptum de morte sibi non instigenda.
- 31 Explicatur Sancti Doctor, Syceira Opuscula.

- 32 Contra Hereticos, quibus exosa est castitas, ponuntur femina se ipsas occidentes.
- 33 Lucretia, & alli fecerunt ex imbecillitate animi.

Generaliter ad exempla adducta ex Scriptura, quæ viros, vel feminas laudat se ipsos occidentes vel quia ab Ecclesiâ inter Martyres recensentur, dicimus hoc factum fuisse ex speciali revelatione, vel impulsu Dei, sic ait D. August. cit. lib. 1. de Civit. Dei cap. 25. Cum Deus jubet, sequere jubere sine ullis ambagibus, inquit, quis obedientiam in crimen vocet? Quis obsequium pietatis accuset? Sicque quod Abrahamus Deo jubente voluerit filium jugulare.

Idem dicendum est de Sansone, ut docent D. August. cit. lib. 1. de Civit. c. 26. D. Thom. 2. 2. q. 64. art. 5. ad 4. Innoc. III. in c. Gaudemus de di. ortus. Et D. Ambr. epist. 24. ad Vigilium; & quod zelo honoris Dei motus fuerit, patet ex religiosa ejus invocatione, ac pristina fortitudine restituta; & inde inter Martyres eum annumerat S. Bacharius epist. ad Januarium. Deinde de potest dici, quod Sanson directè intendit occidere. Philisthæos Dei hostes, & per accidens se ipsum occidit Ita Lyran, Abulens. Caictan. Serar. & alii ad c. 16. Judic. n. 28. & 29. Salian. ad annum mundi 2899. n. 45.

Sic etiam dicendum de Eleazaro, qui ob commune populi bonum suppositus se Elephanto quem occidit, illiusque roina sepultus est. Raziam autem etiam à peccato excusare voluit, ibi Lyran. & M. Lezana tom. 1. Annalium Carmelit. ad annum 3893. n. 12. quia in Textu dicitur amator civitatis, & vir bene audiens. Tamen, quia ipse se non interemit pro Dei honore, ac amore patriæ, ut populum suum liberaret, ut Sanson, & Eleazarus, inde eum à peccato non excusat D. August. citat. Imò D. Thomas 2. 2. q. 64. art. 5. ad 5. ait cum in illo facto non veram fortitudinem ostendisse, sed magis quandam animi molliem, non valentis mala poenalia sustinere. Et D. August. pist. 61. ait Raziam, eligendæ mortis non sapientem fuisse, sed impatientem potius ferendæ fortunæ adversæ.

De Saule, & Rabbini eum velint à peccato excusare tamen eum in illo facto deliquisse est communis sententia, Ita Lyran. Abulens. Burg. Salianus jam citatus. Ad id quod dicitur de virginibus, quæ semetipsas occiderunt, ne virginitatem perderent, si à peccato volumus excusare dicendum est hoc fecisse ex ignorantia quadam invincibili, existimantes licitum esse ob custodiendam virginitatem mortem subire. De Beata Apollonia, Pelagia, ac aliis similibus hoc fecisse dicimus ex impulsu Spiritus sancti. Ita D. Ambros. Eusebius.

Tota difficultas est ad locum D. Hier. Non licet propria manu perire, absque eo ubi castitas periclitatur. Lessius lib. 1. de justitia, c. 9. dub. 6. Lessius. n. 21. & alii quos refert & impugnat Cardin. Lugo tom. 1. de justitia, disp. 10. sect. 1. num. 16. non reputant inconveniens dicere, quod Sanctus Doctor fuerit in ea sententia ob custodiam virginitatis licitam, esse mortem sibi inferri; absit tamen quod Maximus Doctor tam generalis præcepti habuisset ignorantiam, cujus etiam multi Barbari, ac Rustici ignorantiam non habent, maxime cum ipsemet

26.

27.

D. August.

D. Thom.

Innoc. III.

D. Ambr.

Bachar.

D. Thom.

Intoc. III.

D. Ambr.

28.

Salianus.

28.

Lyran.

Abulens.

Caictan.

Serarius.

Salianus.

28.

Lyran.

Lezana.

D. August.

D. Thom.

D. August.

29.

Rabbini.

Lyran.

Abulens.

Burg.

Salian.

D. Ambr.

Eusebius.

30.

Lugo.



D. Hieron. epist. 25. ad Paulum, in Christi persona dicat; Nullam animam recipio, qua me nolente separatur a corpore.

31. Glossa. Aragon. Salon. Bannez. Turrect. Barbofa. Cenedo. Cantic. 4.

Ideo dicendum est cum Glossa ad cap. Non nostrum, 23. q. 5. ubi referuntur verbo D. Hieronymi. ibi Turrectemata, & etiam Aragonius, Salon, Bannez citati supra q. 2. n. 10. Barbofa in tract. de Dictionibus, dist. 2. Cenedo post librum Canoniarum, & practicar. question. singular. 2. n. 4. particula Absque, ut intelligatur dictionem subsequentem non agi de illa. Cantio. 4. num. 1. dicitur, Quam puiciora es amica mea, absque ab eo quod intrinsecus latet: non indicatur latentia non esse pulchra, sed erat pulcherrima, cum dicitur ergo absque eo denotatur, quod sponsa in externa facie est valde pulchra, absque eo quod intrinsecus latet, de quibus modo non agimus, sic cum ait Divus Hier. Non licet manu propria perire absque eodum castitas periclitatur. Illa particula absque eo, ira est, ac si dicat D. Hieron. de castitate servanda modo non, ago, sed ab hac questione me abstinco.

D. Hieron.

Ad alia loca ex eodem Sancto Doctore de foeminis Gentilibus femetiplus occidentibus. Non proponit Sanctus Doctor eas, ac si digna habeantur laude, aut imitatione sint digna, sed ex illis Hereticos redarguit, quibus exosa est castitas; & ex hoc etiam Christianas foeminas confundit, quae ut caste vivant, leviora non tolerant. Lucretiam optimo jure condemnant Ovidius in Fastis, dum de illa ait: Succubuit fama victa puella metu.

Ovid.

Et melius D. August. citato lib. de Civit. c. 19. de Lucretia loquens ait: Quod ergo sipsam, quoniam adulterium pertulit, occidit, non est pudicitia charitas, sed pudoris infirmitas. Per quod etiam patet solutio ad omnia alia exempla Gentilium, quos ad sibi inferendam mortem, non magnitudo animi, sed imbecillitas quadam, cordisque mollietate cogit, ut ait Aristoteles 3. Ethicor. cap. 7. & Lypsius 1. 3. Manuduct. Dissert. 13.

Aristot. Lypsius.

QUESTIO V.

Ponuntur, ac solvantur argumenta contra nostram resolutionem.

SUMMARIUM.

- 34 Primo potest quis alium occidere, ergo & seipsum.
35 Potest quis occidere alium ex justo titulo, etiam & se ipsum, si Deus inspiret.
36 Potest quis in multis casibus non conservare suam vitam, ergo & se ipsum occidere.
37 Magna est afferentia inter praecipuum negativum, & affirmativum.
38 Solvuntur exempla adducta in argumento.
39 Condemnatus ut veneno moriatur, non potest illum per se sumere, nec Judex potest eum ad hoc obligare.
40 Qui rigida poenitentia utitur, non ideo hoc facit ut vita brevior fiat, sed ut Deo satisfaciatur.
41 Qui se occidit licet non peccet contra justitiam peccat contra charitatem.

34. Licet homo per peccatum transeat in conditionem brutorum, non potest tamen inde occidi & n. 43.

44 Peccatum majus ad malum, quam infamia & mulier in articulo postea, imploret Dei auxilium ut provideat, & inspiret quid agendum, & n. 45.

Proposita sententia contra nostram veram, ac Catholicam resolutionem, non solum pugnat multis exemplis, magna Patrum auctoritate, ut vidimus q. 1. sed etiam rigidis argumentis. Et primo, Non magis est contra quintum Decalogi praecipuum, se ipsum occidere, ac occidere alium, sed in multis casibus licitum est alium occidere; quia hoc non est ita intrinsece malum, ut multoties non liceat, ergo etiam aliquando licebit se ipsum occidere.

34.

Ad argumentum responderetur. Concedo majorem, distinguo minorem; licitum est alium occidere, vel publica auctoritate secundum leges justitiae, vel se defendendo cum moderamine inculpatae tutelae; concedo; quia Deus ita disposuit, quod ratione justa defensionis possit quis alium occidere. Similiter licita erit sui vel alterius occisio, si Deus alicui jubeat, vel interius divinitus inspiret, quod se, vel alium occidat, ut diximus superiori questione de Sanfone, Beatis Apollonia, ac Pelagia.

Decalog.

35.

Secundo argumentantur, eodem praecipuo reuertur quilibet non occidere se ipsum, ac suam vitam conservare, sed in multis casibus licitum est propriam vitam non conservare, v.g. possum in naufragio, quando una sola tabula est illam dare amico, etsi ego peream cum inimicus me aggreditur, possum me non defendere, tempore speitis potero infirmis ministrare Sacramenta, etiam si mors certissime sit futura, Condemnatus ad moriendum veneno, vel fame; potest illud sumere, vel a cibo clanculum ablato abstinere; imo potest etiam si ad fugiendum pateat aditus non fugere

36.

Respondetur ad argumentum; praecipuum negativum se non occidendi semper, & pro semper obligat, ad abstinendum se a tali actione, ex qua mors per se, vel ex intentione sequatur, nisi Deus aliud jubeat. At praecipuum affirmativum conservandi vitam non obligat pro semper ad ponendum omne medium, quo possit vita conservari, vel abstinendum ab omni illo, quod potest ei nocere; quo posito patet solutio ad adducta.

37.

Cum inimicus me invadit, probabile est posse me non defendere, maxime si ex ipsa defensione proveniat aliquod dedecus, alias existimo quod teneret quisque se defendere: ex charitate eximia, possum tabulam dare proximo dummodo mea vita non sit valde necessaria Republicae, & maxime interveniente aliqua ratione honesta; certum est, quod peste laborantibus possum inservire, de quo videndus est Diana part. 5. tract. 4. Resolut. 28. & Resolut. 42. An vero condemnatus, ut fame pereat, possit abstinere a cibo abscondite oblato? Affirmant Malderus, Azorius, Lessius, & Sorus apud Dianam citatum. Resol. 41. negant vero cum D. Thoma 2. 2. q. 69. art. 4. Cajetan. Caietan. Bannez, & alii apud eundem Dianam, & hoc Bannez mihi est probabilius, quia ut ait D. Thom. Non sumere, esset se ipsum occidere.

38.

Condemna

39. Condemnatus autem iuste ad moriendum veneno, nequit illud voluntarie haurire, ut docet Lugo, Comitoli, Petrus Navarra, & alii apud Dianam citatum Resol. 29. Quidquid in contrarium dicant Victoria, Aragonius, Corduba, imo etiam si Judex iuste condemnaret reum ad mortem, non tamen potest condemnare ut ipsemet sibi mortem inferat, ut docet D. Thom. citato loco, & damnanda est consuetudo aliquarum Gentium, ut apud Japonos dicitur, ut reus sit mortis sententiae executor, vel venenum bibendo, vel ventre suum ferro secando.

Lugo. Comitoli. Navarr. Diana. Victoria. Aragon. Corduba. D. Thom.

40. Dices. Licitum est vitam breviorum facere asperitatibus, jejunis, etiam ex consilio confessorum; ergo etiam erit licitum jubente Judice in poenam criminis se ipsum occidere. Negatur consequentia; nam ille qui facit rigida poenitentiam, non id primario intendit, ut vita abbrevietur: nam si id tali intentione praestet, peccabit mortaliter; sed id quod primario intendit redigere carnem in servitium Spiritus, Deo placere, & satisfacere pro peccatis, licet per accidens inde proveniat, ut vita abbrevietur.

40.

41. Arguitur tertio. Homicidium inde est peccatum, in quantum iustitiae contrariatur, sed nullos potest sibi ipsi iniustitiam facere, ut docet Aristot. 5. Ethicor. cap. ult. quia sicut iustitia est ad alteram, ita & iniustitia, ergo nullus peccabit occidendo seipsum. Respondetur homicidium sui non solum esse peccatum, prout contrariatur iustitiae, sed etiam prout contrariatur propriae dilectioni, proindeque qui se occidit, non peccat contra iustitiam, sed contra charitatem, per respectum vero ad Deum ac Republicam; peccat contra iustitiam, contra Deum, quodammodo contra iustitiam commutativam: nam quamvis haec detur inter aequales, tamen quantum ad rem ablatam, cum insuper dominium Dei, cum ipse solus sit Dominus vitae, & quoad Republicam peccat contra iustitiam legalem; qua Republica habet jus ad custodiendam suorum vitam.

41.

Aristot.

42.

D. Thom.

43.

Arguitur quarto. Cuilibet licet occidere bruta animalia; atqui homo peccando decidit a dignitate humana, & transit quodammodo in bestiarum servitium, ut ait D. Thom. 2. 2. q. 64. art. 2. ad 3. ergo cuilibet licebit illum occidere, quia illius mors credit in bonum communitatis, sicut imperfectum ordinatur ad perfectius. Confirmatur. Peccator est membrum putridum & reipublicae nocivum; sed quilibet potest sibi ipsi membrum putridum amputare ob bonum totius, ergo etiam poterit propter bonum reipublicae, se totum perimere, utpote membrum putridum reipublicae.

Ad argumentum, concedo majorem, & etiam minorem, nego consequentiam, quia licet per peccatum homo transeat in servitium brutorum, potest tamen surgere, & ab illa misera conditione se expedire, ac in sortem filiorum Dei transire, quia Deus dat locum poenitentiae, & ab ipsa sorte futura contingenti non potest se homo privare. At bruta nunquam a tali conditione possunt se liberare. Ad confirmationem dicimus, quod nullus tantum ex suo iudicio potest membrum putridum abscindere, hoc faciendum est iudicio medici, & tunc potest membrum abscindi quando nulla est spes sanitatis, at homo quam Sylvestra Opuscula.

vis magnus peccator semper potest habere spem, quod mediante gratia Dei resurgat

Arguitur quinto. Licitum est, ut majus malum evitetur, minus admittatur, sed aliquando per occisionem sui ipsius vitatur quis majus malum, scilicet ignominiam, infamiam, quae in hominum estimatione, est majus malum quam mors, vel evitatur violentia castitatis, ergo saltem tunc erit licitum seipsum occidere. Confirmatur. Ponamus casum, foemina pro certo habet, quod opprimenda sit a Tyranno, & timet ex sua fragilitate, quod libidine illecta consentiat, etiam si violenter rapiatur, ergo ne animi peccato polluantur, potest per exitum non corporis remedium procurare, ut videtur sentire D. Ambrosius, lib. 3. de Virginitate, de S. Pelagia, ut retulimus q. 1.

44.

D. Ambrosius.

Respondetur negando majorem, quia peccatum commissum, in sui occisione majus malum est, quam infamia, ac ignominia, quae morte duplicatur, quod prohi, & docti imbecillitati tribuunt. Ad illud, quod dicitur de foemina in tali casu, debet ipsa implorare divinum auxilium, ut violentae oppressioni non consentiat, vel Deus provideat remedium, & inspiret quid faciendum, sicut inspiravit Pelagia, qua non Deo plenam dicit S. Ambrosius in eius mors, non humano arbitrio, sed divino consilio tribuatur, pro quo maxime videndus D. Augustinus citato lib. 1. de Civitate Dei cap. 25.

45.

D. Ambrosius.

D. Augustinus.



RESOLUTIO XLV.

Vita conservanda.

QUESTIO PRIMA.

Vita etsi multum sit estimabilis, & pro eius conservatione laborandum, tamen multa incommoda faciunt, ut ejus finis, & mors desideretur.

SUMMARIUM.

- 1 Vita unde dicta, & miseriarum plena, & brevis transiens.
2 In poenitentia agenda non sunt multum scrupulosi viri Sancti.
3 Ad vitam conservandam solum tenentur medietas ordinatae uti, & non ex toto insanae.
4 Etsi nemo possit se occidere, tamen pro vita spirituali, in abstinentia est laborandum.
5 Qui bibit in infirmitate aquam cum nive, etiam si medici contradicant, non peccat mortaliter.

1. Vita & morte, est mansio anime in Arist. corpore; proindeque ab ipsa anima proveniunt omnes actiones vitales. Inde vita per se ipsam est multum amabilis, ac estimabilis super cetera temporalia, ut late Tallius lib. 1. Rhetoric. cap. 6. Tamen cum ipsa valde plena sit miseris, & valde incertus ejus finis, non pro ea multum laborandum: nam ut dicitur Eccl. 9. nemo est qui semper vivat.

1.

Tallius.

Eccl. 9.